UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 32. An pribunal hoc de excessu sportularum possit cognoscere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

Deinde cum conſtet de inſtitutione ac titulo juriſdictionis extraordinariæ
hujus tribunalis juriſdictionis, acquiſitio fundari nequit in præſcriptione temporis 4
quantumvis immemorialis, quæ vires tantum habet in caſu dubio, ſecus vero cum
de titulo atque juriſdictionis origine conſtat, *Maſcardus de probat. vol. 7. concl.
1378. num. 72.*

QVÆSTIO XXXII.

An tribunal hoc de exceſſu ſportularum poſſit cognoſcere.

SVMMARIVM.

1. *Sportulæ unde dicantur & quid ſint.*
2. *Sportulæ qualiter metiendæ.*
3. *De ſportularum exceſſu queri licet apud vigintiduumviros.*
4. *Sportularum taxatio ed eos non ſpectat.*
5. *Officialis Leodien. ſiſtere poteſt proceſſum vigintiduumviralem.*
6. *Senator non niſi à ſenatu corrigi poteſt.*

Sportulæ ſunt honoraria juſtitiam adminiſtrantium, dictæ â ſportula, quæ 1
olim in æde ſacra deponebatur cum pecunia, quam is qui vincebat lucrabatur, ex qua cùm deinde ceptum fuerit judicibus honoraria exolvi, ſportularum
uſus fora pervagavit.

Itaque cum ſportulæ pendeant ab arbitrio judicantis, ut ſecundum Budeum 2
in annot. ad pandectas l. ſolvit §. quantum ff. de offic. proconſulis. non amplius honoraria, ſed arbitraria dici debeant, quæ ex circunſtantiis cauſarum, perſonarum, rerum, ſtudiorum circumſcripta, arbitrio petentis ſubiiciantur. Quid ſi
quiſpiam hac in actione excedere dicatur, an erit caſus vigintiduumviralis.

Reſpondetur, querelam hujuſmodi exceſſus coram vigintiduumviris proponi 3
quidem poſſe.

Sed qui ita poſtulatur, petere poteſt ut vigintiduumviri querelam iſtam ſi- 4
ſtant, donec Officialis Leodienſis ad quem ſpectat (cum de eo quæſtio vertitur)
taxatio ſportularum, honorariorum & ſalariorum ſuorum curialiſtarum, *Lancelot. de attentatis cap. 31. numer. 161. & ſeqq.* eadem taxaverit. Et ita ab hinc paucis
menſibus factum in cauſa quorundam Tongrenſium qui M. Nicolaum à Muno de exceſſu coram vigintiduumviris accuſabant, is enim mandatis pœnalibus

 ab

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab Officiali impetratis Tongrenſibus obſtitit, uſque dum Officialis ſalarium [...] ret. Cui etiam Tongrenſes acquieverunt, & herbam forenſem ut eſt in ada[...] M. Nicolao dederunt. Qua de re extant acta apud VVarnerum Richman [...] chiſiſcum, nec ſunt ab hoc ſcopo aliena multum quæ jam is Langleus late & [...] docte adfert *ſemeſtrium lib.7.cap.18.* Senatorem ſi quid delinqueret, in eum [...] noxiæ ſententiæ ab aliquo judice non oportere neque animadverti in eum niſi ab ipſo ſenatu poſſe.

QVÆSTIO XXXIII.

Princeps juxta has paces habens ignem & fugam, utrum poſſit communem quam homicida cum alio domum habet, diruere.

HÆc quæſtio fuſius à me tractata in Venietur in tractatu noſtro de advocatiis feudalibus.

QVÆSTIO XXXIV.

Quid ſi judex ordinem juris prætermittat.

SVMMARIUM.

1. *Ordinis judicarii omiſſio inducit fraudis præſumptionem.*

1 OMiſſio judiciarii ordinis fraudis quidem præſumptionem inducit, *glo. l.1. C. de fide inſtr.lib.*10. *Rom.conſ.*54. *Hippolit. Marſil. in pract.* §. *ſecundo num.* 71. Sed an cenſuræ hujus tribunalis ſubjecta ſit, pendet ab iis quæ de lata culpa & nullitatibus à judice commiſſis alio in loco notavi.

QVÆSTIO XXXV.

An judices vel officiati poſſint de eo, quod extra ſuum officium committant, hac pace coerceri.

SVM-